

## ARGUMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS/

**S**Aluina mulier nobilissima, puella adhuc iuuenem maritum ac nobilem amiserat, relicto Nebridio puer & huius sorore. Maritum laudat Hieronymus, liberos superstites ut diligenter educet, admonet. Quibus rationibus castitatem & famam tueri possit, docet, ab iterandis nuptijs uehementer deterreret.

### HIERONYMVS AD SALVINAM De seruanda uiduitate.



EREOR ne officium putetur ambitio, & quod illius exemplo facimus, quia mitis sum & humilis corde, gloriae facere appetitione dicamus, & non uiduam alio qui in angustia constitutam, sed auctor nos insinuare regali, & sub occasione sermonis, amicitias potentium querere. Quod liquido non putabit, qui scierit esse preceptum. Personam pauperis non accipies in iudicio, ne sub praetextu misericordiae, quod iniustum est, iudicemus. Unusquisque enim non hominum, sed rerum pondere iudicatus est. Nec diuitiis obsunt opes, si eis bene utatur, nec pauperem estas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam, peccata non caueat. Ad utriusque nobis rei testimonium, & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant, quoque alter in summis diuitijs, amicus dei fuit, alij quotidie in sceleribus dephenisi, penas legibus solutus. Alloquimur igitur diuite pau-

perem, ut nesciat ipsa q̄ possidet. Neq; em̄ mansum eius  
discutimus, sed animæ puritatem. Loquimur ad eam, cuius  
faciem ignoramus, & virtutes nouimus, quā nobis fama cō  
mendat, cuius uenerabiliorē pudicitia, adolescentia facit.  
Quae mortem iuuenis mariti, sic fleuit, ut exemplum cōiugij  
dederit. Sic extulit, ut eum pfectum crederes, non amissum.  
Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suū  
sic quererit absentem, ut in Christo præsentem nouerit. Cur et  
go ad eam scribimus, quā ignoramus? Triplex nimisq; causa  
est. Prima, quia p officio sacerdotij, oēs Christianos, filiorē lo  
co diligimus, & pfect⁹ eorū, nostra est gloria. Altera, quia pa  
ter defuncti, intima mihi necessitudine copulatus fuit. Extre  
ma (quae et validior) quod filio meo Aucto roganti, negare n̄  
hil potui, qui crebris literis, interpellatricem duri iudicis supe  
rans, & multorū mihi, ad quos ante sup eadem materia scri  
psoram, exempla ppone ns, ita suffudit pudorem negantis,  
ut plus considerarem, quid ille cuperet, q̄ quid me facere con  
ueniret. Alius forsitan laudet Nebridium, quod de sorore  
generatus Augustæ, & in materteræ nutritus sinu, inuictissi  
mo principi ita charus fuit, vt ei coniugem nobilissimam q̄re  
ret, & bellis ciuilibus Africam dissidentem, hac uelut obside  
sibi fidam redderer. Mihi a principio statim illud est pdican/  
dum, quod quasi vicinæ mortis præscius, inter fulgorem pa  
latij, & honorū culmina, quæ ætatem anteibant. sic uixit, ut  
se ad Christum crederet profeturum. Sacra narrat histo  
ria, Cornelium, centurionem cohortis Italicæ, in tantum ac  
cepit deo, ut angelum ad eum mitteret, & omne mysteri  
um, quo Petrus de Circuncisionis, angustijs transferebatur,

ad praeputij latitudinem, ad illius merita p̄tineret, qui primus  
ab apostolo baptizatus, salutem gentiū dedicauit. Scriptū est  
de eo. Erat uir quidā in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio  
cohortis quæ dicitur Italica, religiosus, & timens deū. cū omni  
domo sua, faciēs eleemosynas multas plæbi, & orās deū sem  
per. Quicquid de illo dicitur, hoc nomine cōmutato, in Nebr̄  
dio meo uēdico. Sic religiosus fuit, & amator pudicitiae, ut uir  
go sortiretur uxorem, sic timēs deū cū omni domo sua, ut obli  
tus dignitatis, om̄e cōsortium cum monachis haberet & cleri  
cis, tantasq; eleemosynas faceret in populis, ut fores eius pau  
per; ac debiliū obsiderent examina. Certe sic semp̄ orans de  
um, ut illi quod optimū esset, eueniaret. Raptus est, ne malitia  
mutaret mentē eius, quia placita erat anima illius deo. Vnde  
& ego possum sup̄ eouere abuti apostoli uoce, dicentis. In ve  
ritate cognoui, qm̄ non est p̄sonaꝝ acceptor deus, sed in om̄i  
proposito, qui timet deū, & opatur iustitiā, acceptus ē illi. Ni  
hil nocuit militanti paludamentū, & baltheus & apparitor  
cateruæ, quia sub habitu alterius, alteri militabat. Sicut econ  
trario alijs nihil p̄dest uile palliolū, furua tunica, corporis illuui  
es, & simulata paupertas, si noīs dignitatē, opibus destruāt. Le  
gimus & in euangelio de alio centurione dñi testimonium.  
Nec in Israel tantā fidē inueni. Et ut ad sup̄iora redeam? Ioseph  
qui in egestate, & in diuicijs dedit exp̄imenta uirtutū, q;  
& seruus & dñs, docuit animæ libertatem, nōne post Pharao  
nem, regijs ornatus insignibus, sic deo charus fuit, ut sup̄ oīs  
patriarchas duar; tribuū pater fieret. Daniel & tres pueri sic  
præerant Babyloniæ opibus, & sicerant inter principesciu  
tatis, ut habitu Nabuchodonosor, deo mēte seruit̄. Mardo;

cheus & Hester, inter purpurā, sericū & gēmas, supbiam hu-  
militate uicerunt, tantisq; fuere meriti, vt captiui, uictorib; im-  
perarent. Hæc illuc tendit oratio, vt ostendam iuuenē meū,  
coniunctionem sanguinis regalis, & affluentiam diuitiarum  
atq; insignia potestatis, materiam habuisse & tutum, dicente  
ecclesiaste. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia. Nec  
statim illud huic testimonio putemus aduersum. Amen dico  
vobis, difficile diues intrabit in regnum celorum. Et rursus dico  
vobis, Facilius est camelum p; foramen ocus transire, q; diui-  
tem intrare in regnum celorum. Alioquin Zacheus publica-  
nus, quem ditissimum cōmemorat scriptura, contra hanc sen-  
tentiam saluatus videbit. Sed quomodo quod apud homines  
impossibile est, apud deum possibile fiat, Apostoli consilium  
doceat scribentis ad Timotheum. Diuitibus huius saeculi præ-  
cipe, non supbe sapere, nec sperare in incerto diuinitate, suarę  
sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fru-  
endum. Benefaciant, sint diuites operibus bonis, facile tribu-  
ant, cōmunicent, thesaurizent sibi bonum fundamētum in  
futurę, vt apprehendant veram vitam. Didicimus quomodo  
camelus introire possit per foramen acus, quomodo animal  
tortuosum, deposito pondere sarcina, assumat sibi pennas  
columbae, & requiescat in ramis arboris, quæ de sinapis semē  
te succreuit, Legimus in Esaia, Camelos Madian & Ephra &  
Saba, aurum & tus ad urbem domini deportantes, in typo ho-  
rum camelorum. Isma helitar negotiatores, stacten, & tymia-  
na, & resinam, quæ nascitur in Galaad, & cutem vulnerib; obducit. Aegyptijs deferunt, tantæq; felicitatis sunt, vt emant  
& vendant Ioseph, & mercimonium eorum mundi salus sit.

Docet & Aesopis fabula, plenum muris ventrem, p̄ angustū  
foramen egredi non ualere. Ergo Nebridius meus quotidie  
illud reuoluens. Qui uolunt dūites fieri, incident in tentatio-  
nem, & laqueum diaboli, & desideria multa, quicquid & im-  
peratoris largitio, & honoris insule dederant, in usus pauperē  
cōferebat. Nouerat ēm̄ a dño esse p̄ceptū. Si vis perfectus es,  
vade, uende omnia q̄ habes, & da pauperibus, & ueni seque-  
re me. Et quia hanc sententiā implere nō poterat, habēs uxo-  
rem, & paruulos liberos, & multā familiā faciebat sibi amicos  
de iniquo mammona q̄ se reciperent in eterna tabernacula.  
Nec semel abiſciebat sarcinā, quod fecerūt apostoli, patrē, rhe-  
te, nauiculā relinquentes, sed ex æqualitate, alior̄ in opia, suā  
abundantiā cōmunicabat, ut postea illoꝝ diuitiae, huius indi-  
gentiā sustentarent. Scit ipsa cui libellus hic scribitur me nō  
nota, sed audita narrare, nec ex aliquo in me beneficio, scrip-  
tor̄ more græcor̄ gratiam lingua reddere. Procul a Christia-  
nis ista suspicio. Habentes uictū & vestitū, his cōtentis sumus.  
Vbi vile olusculum, & cibarius panis, & cibis potus q̄ mode-  
ratus, ubi diuitiae superuacuae, ibi nulla adulatio. q̄ vel præci-  
pue fruct̄ im respicit. Ex quo colligitur, fidele esse testimonium  
quod causas non habet mentiendi. Ac ne quis putet, me solas  
in Nebridio p̄dicare eleemosynas, q̄ p̄ & has exercuisse sit  
magnā, de q̄bus dicitur, Sicut aq̄ extinguit ignē, ita eleemo-  
syna extinguit p̄st̄ ad cæteras uirtutes eius ueniā, q̄s singu-  
las in paucis hominibus dephendimus. Quis fornacem regis  
Babylonij, sine adiūtiōe ingressus est? Cuius adolescentis, Ae-  
gyptia dñā palliū nō tenuit? Quae uxor Eunuchi nullos creat  
liberos uoluptate trāsacta? Quē hoīm disputatio illa nō creat

Video alia legē in mēbris meis, repugnantē legi mētis meā,  
& captiuū me ducentē in lege peccati. q̄ est in mēbris meis?  
M̄r̄ dictū est, Nutritus in palatio cōtubernalis & cōdiscipu-  
lus Augustor̄, quor̄ mensæ ministrat orbis, & terræ ac ma-  
ria seruiunt, inter rēz oīm abundantia, in primo ætatis flore-  
tantæ uerecūdiae fuit. ut yginalem pudorem uinceret. & ne  
leuē gdē obscoeni rumoris in se fabulam daret. Deinde pur-  
purator̄, ppinquis, socius, cōsobrinus, ijsdem cum ambobus  
studij eruditus (q̄ res etiā extenor̄ mentes sibi cōciliat) nō ē  
inflatus supbia. nec cætos hoīes adducta frōte cōtempsit, sed  
cūtis amab. Iis, ipos principes amabat ut fratres, uenerabat  
ut dños, & in illor̄ salute, suam salutē positā fatebat. Mini-  
stros at eor̄, & uniuersū ordinē palati. q̄ regal⁹ freqntat am-  
bitio, sic sibi charitate sociarat, ut q̄merito iferiores erāt, officijs  
se pares arbitrarent. Difficile factu ē, gl̄am ȳtute suppare, &  
ab his diligi, q̄ p̄cedas Quis uidua nō hui⁹ auxilio sustētata ē?  
Quis pupillus nō in eo repperit patr̄? Totius orientis ep̄i ad  
hunc miseroz p̄ces, & laborantiū desideria cōferebat. Quicq̄  
quid ad imperatore poscebat. eleemosyna in pauges, p̄ciū  
captiuor̄, misericordia in afflictos erat. Vñ & ip̄i principes  
liben⁹ p̄stabant, quod sciebant, non vni, sed pluribus indulge-  
ri. Quid vltra deferimus? Omnis caro fœnū, & omnis gloria  
eius, quasi flos fœni. Reuersa est terra in terrā suā, dormiuit  
in dñō, & appositus est ad patres suos, plenus diez ac lumi-  
nis, & nutritus in senectute bona. Cani em̄ hoīs sunt, sapien-  
tia eius. In breui ætate, tēpora multa cōpleuit. Tenemus pro  
eo dulcissimos liberos. Vxor haeres pudicitiae p̄ciū est. Nebri-  
dius pusio, patr̄ q̄rentib⁹ exhibet. Sic oculos, sic ille manus,

A iii

Sic ora ferebat. Scintilla vigoris paterni lucet in filio. & similitudo morum per speculum carnis erumpens, ingentes animos, angusto in pectore yicit. Iungit ei germana, rosa & lilio calathus, eboris ostriq; cōcertium. Sic refert ore patrē, ut ad uenustatē p̄pensior sit. Sic matrē mixta similitudine pingit, ut in uno corpore, utruncq; agnoscas. Ita suauis est, & mella/ tula, ut honor sit omniū propinquorū. Hanc tenere nō dedit/ gnat Augustus. Haec souere in sinu, regina lætatur. Certa/ tim ad se oēs rapiunt. Pendet ex collo, hæret in brachijs singu/ lori. Garrula atq; balbutiens, linguae offensione fit dulcior. Habes igitur Saluina quos nū trias, in quibus virū absentem tenere te credas. Ecce hæreditas dñi, filij merces, fructus uen/ tris. Pro uno homine, duos filios receperisti, auctus est numer/ rus charitatis. Quicq; debebas marito, reddet filijs. Amore p̄/ sentium, absentis desiderium tempera. Non est parui a pud/ deū meriti, bene filios educare. Audi Apostolum cōmonentē. Vidua eligat, nō minus annorum sexaginta, q; fuerit unius viri uxor, in bonis operibus habens testimonium, si filios educavit, si hospitalis fuit, si sanctorū pedes lauit, si afflictus abundāter p̄buit, si omne opus bonū, subsecuta est. Didicisti catalogū yitutū tuarū, quid debebas nomini tuo, qbus meritis scdm p̄/ dicitiae gradum possideas. Nec te moueat, quod sexagenaria eligat in viduā, & putas adolescētulas ab apostolo reprobari. Et te crede eligi ab eo, qui discipulo dixerat. Nemo adolescen/ tiā tuā cōtemnat, non continentia, sed ætatem. Alioquin oēs quae ante sexaginta annos viduatæ sunt, hac lege accipi/ ent maritos. Sed quia rudem Christi instituebat ecclesiam, & omni ordini prouidebat, p̄cipueq; pauperibus, quoq; ei cura

5  
cum Barnaba fuerat demādata, illa suult ecclēsiæ opibus /  
stentari, q̄ proprijs manibus nō queunt laborare, q̄ ueræ vi/  
duæ sunt, quas & ætas probat, & uita. Heli sacerdos offendit  
deum ob uitia liberorū. Ergo ecōtrario placatur deus, uirtutis  
bus eorū si permanserint in fide & charitate, & sanctitate cum  
pudicitia. O Timothee, te ipsum castam custodi. Absit ut sim  
strū qui ppiā mihi de te suspicari liceat, sed ex abundantia lu/  
bricā ætatem monuisse, pietatis est. Quæ dicturus sum, nō t̄l  
bi, sed puellaribus annis dicta intellige. Vixi q̄ in delitijs ē,  
uiuens, mortua ē. Hoc uas electionis loquīt, & de illo pfertur  
thesauro, qui cōfidenter aiebat. An experimentū q̄ritis eius,  
qui in me loquīt Christus. Hoc ille pñūciat, qui libere sub p/  
sona sua, fragilitatē humani corporis fatebatur. Non em̄ quod  
uolo bonum, hoc operor, sed qđ nolo malū. Et ppter ea subij/  
cio, & redigo in seruitutem corpus meū, ne alijs pñdicans, ipse  
reprobus inueniar. Si ille timet, quis nostrum potest esse secu/  
rus. Si David amicus domini, & Solomō amabilis eius, uicti  
sunt quasi homines, ut & ruinæ nobis ad cautionē, & poenit/  
tudinis ad salutē exēpla præberēt, quis in lubrica uia la psum  
non metuat. Procul sint a coniuicijs tuis Phasides aues, crassi  
turtures, attagen Ionicus, & oēs aues, quibus amplissima pa/  
trimonia auolant. Nec ideo te carnibus uesci non putes, si su/  
um, leporū, atq̄ ceruorū, & quadrupedū animantiū esculētias  
reprobes. Non em̄ hæc pedum numero, sed suauitate gustus  
iudicantur. Scimus ab Apostolo dictum, Omnis creatura dei  
bona est, & nihil reſciendum, quod cum gratiarū actione p/  
cipitur. Sed idem loquitur. Bonum est uīnum non bibere, &  
carnem non manducare. Et in alio loco, Nolite inebriari uī

*nulli in se confidendum est*

*H quibus ipsa mandari  
et ab inebrietate sit*

no, in quo est luxuria. Omnis creatura dei bona est. Audians  
hæc mulieres, quæ sollicitæ sunt, quomodo placeant uiris. Co-  
medant carnes, quæ carni seruiunt, quæ feruor despumat in  
coitū. q̄ maritis alligatæ, generationi ac liberis dant operam.  
Quæ uteri portant foetus, ea & intestina, carnibus im-  
pleantur. Tu uero quæ in tumulo mariti, sepelisti omnes pa-  
riter uoluptates, quæ litam purpurissim & cerussa faciem, sup-  
fererum eius lachrymis diluisti, quæ pullam tunicam, nigros  
q̄ calceolos, candidæ uestis & aurati socci de positione sumpsi-  
sti. nihil habes necesse aliud, nisi perseverare in iejunio. Pal-  
lor & sordes gemmæ tuæ sint. pluma & mollices, iuuenilia  
membra non foueat, Balneari calor, nouum adolescentulæ  
sanguinem non incendat. Audi quid ex persona viduæ con-  
tinentis ethnicus Poeta decantet. Ille meos, primus qui me si-  
bi iunxit, amores. Abstulit, ille habeat secum, seruetq̄ sepul-  
chro. Si tanti utilissimum vitrum, quanti p̄ciosissimum mar-  
garitum? Si cōi lege naturæ, damnat om̄is gentilis uidua uo-  
luptates. quid expectandum est a vidua Christiana, quæ pu-  
dicitiam suam non solum ei debet, qui defunctus est, sed &  
ei, cum quo regnatura est? Quæsote, ne generalia monita  
& conueniens puellari sermo personæ, suspicionem tibi iniu-  
riæ moueant. & arbitretis me obiurgantis animo scribere, nō  
timentis. cuius votum est, te nescire, quæ metuo. Tenera res  
in fœminis fama pudicitiae est. & quasi flos pulcherrimus ci-  
to ad leuem marcescit auram, leuicq̄ flatu corruptif, maxime  
vbi & ætas consentit ad vitium. & maritalis deest auctoritas  
cuius vimbra tutamen vxoris est. Quid facit vidua inter fa-  
miliæ multitudinem; inter ministros greges? Quos nolo cō-

temnat, ut famulos, sed ut viros erubescat. Certe si ambitiosa  
domus, haec officia flagitat, perficiat his senem honestis mori-  
bus, cuius honor, dñae dignitas sit. Scio multas, clausis ad pub-  
licū foribus non caruisse infamia seruulorū. q̄s suspectos fa-  
ciebat, aut cultus immoderat⁹, aut crassi corporis nitor, aut ætas  
apta libidini, aut ex conscientia amoris occulti, securus animi  
tumor, qui etiā bene dissimulatus, frequenter erūpit in publi-  
cum. & conseruos, quasi seruos despicit. Hoc ex abundantia  
dictū sit, ut omni diligentia custodias cor tuū. & caueas, quic-  
quid de te fingi potest. Non ambulet iuxta te, calamistratus  
percurator, non histrio fractus in fœminam, non cantoris dia-  
bolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus & nitidus. Nihil  
artium scenar̄, nihil tibi in obsequijs molle iungatur. Ha-  
bet o te tecū viduatū & virginū choros, habet o tui sexus solatia.  
Ex ancillaq; q̄z moribus, dñae iudicant. Certe cū tecum san-  
cta sit mater, & lateri tuo amita hæreat virgo ppetua, nō de-  
bes periculose externor̄ confortia querere, de tuor̄ societate se-  
cura. Semp in manibus tuis sit, diuina lectio, & tam crebrae  
De divina Lectione et oratione  
orones, vt omnes cogitationū sagitae, qbus adolescentia pcul-  
tis solet, huiuscmodi elypeo repellant. Difficile est, quin poti-  
us impossibile, perturbationis initij scerere quempiam, quasi si  
gnificantius græci προπαθειας vocant, nos, vt verbum verta-  
mus e verbo, antepassiones possumus dicere. eo qd incentiu-  
mire, omniū titillent animos. & quasi in meditullio nostrū  
iudicium sit, vel ab iacerere cogitata, vel recipie. Vnde & natu-  
ræ domin⁹, in euangelio loquebaf. De corde exeunt cogitatio-  
nes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testi-  
monia, blasphemie. Ex quo pspicuum est, iuxta alterius libri

De ira

testimonium, proclivius esse cor hominis a pueritia ad malum,  
& inter opa carnis & spūs, q̄ Apostolus enumerat, medium  
animam fluctuare, nunc hæc, nunc illa cupientē. Nam uitis  
nemo sine nascitur. Optimus ille est, qui minimis urgetur, ue  
luit si egregio inspersos reprehendas corpe neuos. Hoc est quod  
alijs uerbis propheta significat. Turbatus sum, & nō sum lo  
cutus. Et in eodem uolumie, Irascimini, & nolite peccare. Et  
illud Architæ Tarentini, ad uillicum negligentē. Iam te uer  
beribus enecassem, nisi iratus essem. Ira em̄ uiri iustitiam dei  
non opatur. Quod de una perturbatione dictum est, referam⁹  
ad cæteras. Sicut irasci hominis est, & iram non perficere Christi  
stiani, sic omnis caro cōcupiscit quidem ea, quæ carnis sunt, &  
quibusdā illecebris, ad mortiferas animā voluptates trahit, sed  
nostrum est, uoluptatis ardorem, maiore Christi amore restin  
guere, & laſciuiae iumentū, frenis inediae subiugare, ut nō li  
bidinem, sed abos quarrat ac desideret. & sessorem spiritum  
ſentī, moderato atq; cōposito portet incessu. Quorsum ista  
Ut hominē esse te noueris, & passionibus humanis, n̄iſi caue  
ris, subiacere. De eodem cuncti facti sumus luto, iſdem com  
pacti exordijs. In serico & in pānis, eadem libido dñatur. Nec  
regum purpuræ timet, nec medicatiū spernit squalorē. Muſ  
toq; melius est, stomachum dolere, q̄ mentē, impare corpori  
q̄ seruire, gressu uacillare, q̄ pudicitia. Nec statim nobis pœ  
nitentiae subsidia blandiātur, q̄ sunt infeliciū remedia. Cauen  
dum est vulnus, quod dolore curatur. Aliud est integra nauis  
& saluis mercibus, portum salutis intrare, aliud nudū hærere  
tabulæ, & crebris fluctuū recursibus, ad asperrima saxa colli  
di. Nesciat uidua digamia & indulgentiā, nec nouerit illud Apo

stoli. Melius est nubere, & vni. Tolle quod pelus est / vni. & p  
se bonum nō erit nubere. Procul sint hæreticorum calumniæ.  
Sciimus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum. Etiam de  
paradiso expulsus Adam, una uxore habuit. Primus Lamech  
maledictus & sanguinarius, & de Cain stirpe descendens, una  
costam diuisit in duas, & plantariū digamiæ, protinus diluuij  
poena subuertit. Vnde illud Apostoli, quod fornicationis me  
tu, indulgere cōpellitur, scribens ad Timotheū. Volo adolescentes  
centulas nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam  
occasionē dare aduersario, maledicti causa, cur indulserit, sta  
tim subiecit. Iam q̄dam declinauerunt post satanā. Ex q̄ in  
telligimus ilum nō stantibus coronam, sed iacentibus manū  
porrigere. Vide qualia sint secunda matrimonia, q̄ lupanari  
bus p̄feruntur, quia declinauerunt q̄dam post satanam. Ideo  
adolescentula uidua, q̄ se non p̄t continere, uel non uult, ma  
ritum potius accipiat, & diabolū. Pulchra nimis & appeten  
da res, q̄ satanę comparatione luscipitur. Fornicata est quon  
dam & Hierusalem, & diuaricauit pedes suos, omni transiun  
ti. In Aegypto primū deuirginata est, & ibi fractæ sunt mā  
mæ eius. Cuncq; ad deserta uenisset, & morar̄ Moysi ducto  
ris impatiēs, quasi oestro libidinis furibunda dixisset. Isti sunt  
dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, accepit prece  
pta nō bona, & iustificationes pessimas, in quibus non uiue  
ret, sed puniretur. Quid ergo mirum, si & lasciuētibus uiduis  
de quibus in alio loco Apostolus dixerat. Dum luxuriata fue  
rint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem. quia  
primā fidem irritam fecerunt, concessit digamiæ p̄cepta non  
bona, & iustificationes pessimas, ita secundū indulgens ma  
B

Vnde digamiæ dispendevit

ritum. ut & tertium, si liberet etiam uicesimū. ut scirent sibi nō tam uiros dotos, & adulteros amputatos. Hęc filia in Christo charissima inculco, & crebrius repeto. ut posteriore oblitera. in priora te extendas, habēs tui ordinis quas sequaris. Iudith de hebraea historia, & Annam filiam Phanuelis de euāgelij charitate. quae diebus & noctibus uersabant in templo, & orationib. atq; ieunijs, thesaurę pudicitiae conseruabant. Vnde & altera in typo ecclesiæ, diabolum capite trūcauit. altera saltatorem mundi prima suscepit. sacramentorum conscientia futurorum. Illud in calce sermonis queso, ut breuitatem libelli. nō de inopia æloquij, uel de materiae sterilitate. sed de pudoris magnitudine existimes accidisse. dum uereor me ignotis diuinigere auribus, & occultum legentium iudicium pertimesco.

**J**Argumentum epistolæ sequentis.

**F**uriām uiduam Titiane filiam, Probi consulis nuz, horatatur, ut in coelibatu perseveret, nec iteret matrimonium, & quoniam adhuc uirenti erat ætate, quibus modis pudicitiam simul ac famam tueri debeat, præcipit.

**J**Hieronymus ad Furiam de uiduitate seruanda.

**O**BSECRAS literis, & suppliciter depcaris, ut tibi rescribam, imo scribam, quomodo uiuere debeas, & uiduitatis coronam, illaē so pudicitiae nomine conseruare. Gaudet animus, exultat uiscera, gestit affectus, hoc te cupere esse post uitum, quod sancte memorie mater tua Titiana, multo tempore fuit sub marito. Exauditae sunt preces & orationes eius. Impetrauit in unica filia, quod viuens ipsa possederat. Ha-

hes pterea generis tui grande priuilegium, quod exinde a Ca  
millo, uel nulla, uel rara uestre familie scribitur secundos nos  
se concubitus, ut non tam laudanda sis, si uidua perseueres, q  
execranda, si id Christiana non serues, quod per tanta sacer  
ta, gentiles fœminæ custodierunt. Taceo de Paula & Eusto  
chio, stirpis uestra floribus, ne p occasionem exhortationis, il  
las laudare uidear. Blesillamq; ptero, quæ maritum suum,  
tuum secuta Germanū, in breui uitæ spatio, tempora virtutū  
multa compleuit. Atq; vtinam pconia fœminarum, imitarē  
tur uiri, & rugosa senectus redderet, quod sponte offert ado  
lescentia. Sciens & uidens in flammam mitto manū, adducē  
tur supculia, extendetur brachium, Iratusq; Chremes tumi  
do desæriet ore. Cōsurgent proceres aduersus epistolam me  
am, turba patritia detonabit, me magum, me seductorem cla  
mitans, & in terras vltimas deportandū. Addant, si uolunt &  
Samaritem, ut domini mei titulum recognoscam. Certe filiā  
a parente non diuido, nec dico illud de euāgelio. Sine, ut mor  
tui sepeliant mortuos suos. Vixit enim, quicunque credit in  
Christum. Et qui in illum credit, debet utique quomodo ille  
ambulauit, & ipse ambulare. Facest at inuidia, quam nomi  
ni Christiano, maledicor, semp genuinus infigit, vt dum, p/  
bra metuunt, ad v̄tutes prouocent. Exceptis epistolis, ignora  
mus alterutq;. Solaq; causa pietatis est, ubi nulla carnis noti  
cia est. Honora patrē tuū, sed si te a uero p̄re nō separat. Tā/  
diu scito sanguis copulā, q; diu ille suū nouerit creatorē. Alioq;  
Dauid protinus tibi canet. Audi filia & uide, & inclina aurē  
tuam, & obliuiscere pp̄lm, & dominū p̄stui, & cōcupisces

rex decorum tuum, quoniam ipse est dominus tuus. Grande preium  
paratus oblii. Concupiscet rex decorum tuum. Quia audisti,  
quia uidisti, quia inclinasti aurem tuam, & populit tui domusque  
patris tui obliterata es. Iccirco concupiscet rex decorum tuum, &  
dicet tibi. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in  
te. Quid pulchrius anima, quae dei filia appellata, & nullos ex  
tristes qui querit ornatus? Credit in Christum, & hac ambitio  
ne, pergit ad sponsum, eundem habens dominum, quem & uite.

Alludis ad iudeas qui raro  
desiderabant in deserto, quia  
sancti offendunt dominum.  
Quid angustiarum habeant nuptiae didicisti in ipsis nuptiis,  
& quasi coturnicū carnibus, usq; ad naufragia saturata es, ama  
tissimā cholera, tuā sensere fauces. Egestisti aescientes &  
morbidos cibos, releuasti aestuantem stomachū. Quid uis ru  
sum ingerere, quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad uo  
mitū, & suslota, ad uolutab; lutū. Bruta quoq; animalia &  
uagae aves, in easdem pedicas rhetiacq; non incidunt. An ueres  
ris, ne proles Furiana deficiat, & ex te parens tuus, non habe  
at pusionem, qui reptet in pectore, & cenuit eius stercore li  
nat? Quippe ni oēs habent filios, qui habuere matrimonia?  
& quibus natū sunt liberi, suo generi responderunt? Exhibuit  
Ciceronis filius, patrem in eloquentia? Cornelia uestra, pud  
icitia simul & foecunditatis exemplar, Gracchos se genuisse  
fætata est? Ridiculū est sperare pro certo, quod multos, & nō  
habere uideas, & cum habuerint, pdidisse. Cui dimittes tatas  
diuitias Christo, qui mori non potest. Quem habebis heredem?  
Ipsum, quem & dominum. Contristabitur pater, sed lætabitur Chri  
stus. Lugebit familia, sed angelī gratulabuntur. Faciat pater  
quod uult de substātia sua, non es eius, cui nata es, sed cui re  
data, & q; te grandi p̄cio redemit, sanguine suo. Caue nutritio

ces & gerulas, & istiusmodi uenenata animalia, que de corio  
tuo, saturari uentrem suum cupiunt. Non suadent quod tibi, sed  
quod sibi prospicit. Et saepe illud obganniant. Sola ne perpetua  
miserens carpere iuuentur. Nec dulces natos, Veneris nec pre-  
mia noris. Vbi pudicitiae sanctitas, ibi frugalitas est. Vbi fru-  
galitas, ibi damna seruulorum. Quicquid non tulerint, sibi abla-  
tum putant. nec considerant de quanto, sed quantum accipi-  
ant. Vbicunque uiderint Christianum, statim illud de triuio,  
de gaudiis & peritie, uocant impostorem, detrahunt. Hi, rumo-  
res turpissimos serunt. & quod ab ipsis egressum est, id ab aliis  
audisse se simulant. idem auctores & exageratores. Exit fa-  
ma de mendacio. quod cum ad matronas peruererit, & ea & lin-  
guis fuit uentilata, prouincias penetrat. Videas plerasque rabi-  
doore saeuire. & tincta facie, uiperinis orbibus, dentibus pu-  
nicatis carpe Christianos. Hic aliqua, cui circa humeros hinc  
cynthina lena est. Rancidulum quiddam, balba de nare lo-  
cuta. Perstrepit ac tenero supplantat uerba palato. Om-  
nis consonat chorus, & latrant uniuersa subsellia. Iunguntur  
nostris ordinis, qui et roduntur & rodunt. Aduersus nos loqua-  
ces, pro se muti. quasi et ipsi aliud sint, quam monachi. & non ga-  
quid in monachos dicitur, redudet in clericos, qui patres sunt  
monachorum. Detrimentum pecoris, pastoris, ignominia est. Si  
cute regione, illius monachi uita laudanda est, qui ueneratio  
ni habet sacerdotes Christi. & non detrahit gradui, per quem  
factus est Christianus. Haec locutus sum in Christo filia, non  
dubitans de proposito tuo (nunquam enim exhortatorias literas po-  
stulares, si ambigeres de bono monogamiae) sed ut nequitiam  
seruulorum, qui te uenalem portant, & insidias affinium, ac prius

B iii

Venerandi Sanctorum

parentis errorem intelligeres. cui ut amore in te tribaram, amoris scientiam non concedo, dicens aliquid cum Apostolo. Confitetur, zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Imitate potius (crebro enim id ipsum repetam) sanctam matrem tuam, cuius ego quoties recordor, uenit in mente ardor in Christum. pallor ex ieiunij, eleemosynę in pauperes, obsequium in seruos dei, humilitas uestium & cordis, atque in cunctis sermo moderatus. Pater tuus (quem honoris causa nomino, non quia consularis & patricius, sed quia Christianus est) impleat nomen suum. Latet filiam genuisse Christo, non saeculo. Quin potius doleat, quod & virginitatem frustra amiseris, & fructus perdideris nuptiarum. Vbi est maritus, quem tibi dedit? Etiam si amabilis, si bonus fuisset, mors rapuisse omnia. & copulam carnis soluisse interitus. Arripe quæso occasionem, & fac de necessitate virtutem. Non queruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male coepit, sed bene finiuit. Iudeæ laudant exordia, sed finis proditione damnantur. Lege Ezechiel. Iustitia iusti non liberabit eum in qua cunctis die peccauerit. Et impietas impiorum non nocebit ei, in qua cunctis die conuersus fuerit ab impietate sua. Ista est scala Iacob, per quam angeli descendunt & descendunt, cui dominus innititur, lassis porrigen manum, & fessos ascendiunt gradus, sui contemplatione sustentans. Sed sicut non vult mortem peccatoris tantum, quantum ut convenerat & viuat, ita tepidos odit, & cito ei nauseam facit. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix illa in euangelio baptizata lacrimis suis, & crine, quo multos ante decooperat, pedes domini tergens, saluata est. Non habuit cris pates mitras, nec strigentes calceolos, nec orbis stibio fuliginatos. Quanto foedior

10

tanto pulchrior. Quid faciat in facie Christianæ, purpurissus  
& ceruissa, quorū alterum, ruborem genarum labiorūq; men-  
titur. alterum, candorem oris & colli. ignis iuuenum, fomen-  
ta libidinum, impudicæ mentis indicia? Quomodo flere potest  
pro peccatis suis, quæ lachrymis cutem nudat. & sulcos ducit  
in facies? Ornatus iste non dñi est, uelamen istud antichristi ē.  
Qua fiducia erigit ad coelum vultus, quos conditor non agno-  
scit. Frustra obtenditur adolescentia, & ætas puellaris afferi-  
tur. Vidua quæ marito placere desinit. & iuxta apostolum  
uere vidua est. nihil habet necessarium, nisi perseverantiam.  
Meminit pristinæ uoluptatis. scit quid amiserit, quod delectata  
ta sit. Ardentes diaboli sagittæ, iejuniorum & uigiliarum ri-  
gore restinguendæ sunt. Aut loquendum nobis est, ut uestiti  
sumus, aut uestiendum, ut loquimur. Quid aliud pollicemur,  
& aliud ostendimus? Lingua personat castitatem, & totum  
corpus præfert impudicitiam. Hoc quantum ad habitum pug-  
nit, & ornatum. Cæterum vidua quæ in delitijs est (non est  
meum, sed Apostoli) viuens mortua est. Quid sibi vult hoc  
quod ait. Viuens mortua est. Viuere quidem videtur igno-  
rantibus, & non esse peccato mortua, sed Christo, quem secre-  
ta non fallunt, mortua est. Anima quæ peccauerit, ipsa morie-  
tur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præce-  
denta ad iudicium. quosdam autem & subsequuntur. Similiter  
& facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent,  
abscondi non possunt. Quod dicit, istiusmodi est. Quid tan-  
libet & palam peccant, ut postquam eos uideris statim intelli-  
gas peccatores. Alios autem qui callide occultant uitia sua.  
ex sequenti conuersatione cognoscimus. Similiter &

Bona apud aliquos in proposito sunt. in alijs longo usu discedunt. Quid ergo necesse est nos iactare pudicitia, quae sine continentibus et appendicibus suis, continentia & parcitatem, fidem sui facere non potest? Apostolus macerat corpus suum, & anima sub iactit imperio. ne quod alijs precipitat, ipse non seruet. & adolescetula feruente cibis corpe, de castitate secura est? Nec quero hec dicens condemnno cibos, quos deus creauit ad utendum cum gratia & actione. sed iuuenibus & puellis, incentiuu aufero uolu/ptatum. Non Aetnæ ignes, non Vulcania tellus, non Vescuus & Olympus tantis ardoribus aestuant. ut iuueniles medullæ uino plenæ, & dapibus inflammatæ. Auaricia calcatur a placuisse, et cum marsupio deponit. Maledicam linguam, indistinctum emendat silentium. Cultus corporis, & habitus vestium. unius hæc spacio commutatur. Omnia alia peccata extrinsecus sunt. et quod foris est, facile abijcitur. Sola libido insita a deo oblibiorum pcreationem, si fines suo egressu fuerit, redudat in uitium. & quadam lege naturæ, in coitum gestu erumpe. Grandis igitur virtutis est, & sollicitè diligenter, superare quod natus. in carne, non carnaliter viuere. recum pugnare quotidie, & inclusum hostem Argi (ut fabulae ferunt) centum oculis observare. Hoc est, quod Apostolus uerbis alijs loquitur. Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Aiunt medici, & qui humanorum corporum scripsere naturas. precipue Galenus in libris, quorum titulus περὶ γυναικῶν, puerorum, & iuuenium, ac perfectæ etatis uiatorum, mulierumque corpora insito calore feruere, & noxios illis esse cibos eratibus, qui calorem augeant. sanitatiq[ue] conditare, frigida q[ue] in esu & potu sumere. Sicut econtrario sensu

11

bus, qui pituita laborant & frigore, calidos cibos, & vetera vi-  
na prodesse. Vnde & saluator. Attendite, inquit, uobis. ne for-  
te grauenſ cordavesta in crapula & ebrietate, & curis huius  
uitæ. Et Ap̄ls. Vinū in q̄ est luxuria. Nec mir̄ hoc figulum.  
sensisse de uasco, quod ipſe fabricatus est. cum etiam Comi-  
cus, cuius finis est humanos mores nosse atq; describere, dixe-  
rit. Sine Cerere & Libero friget. Ven⁹. Prīmū igitur, si tñ sto-  
machi firmitas patit̄, donec puellares anno transeas, aquā  
in potu sume. q̄ natura frigidissima est. Aut si hoc imbecilli-  
tas prohibet. audi cum Timotheo. Vino modico utere pro/  
pter stomachū, & frequētes tuas infirmitates. Deinde in iþis  
cibis calida q̄q̄ deuita. Non solū de carnibus loqr̄, sup quibus  
was electionis, pfert sententiā. Bonū est uinū nō bibere, & car-  
nem nō māducare, sed etiā in iþis leguminibus inflātia q̄q̄ &  
grauida declinanda sunt. nihilq; ita scias conducere Christia-  
nis adolescentibus, vt eſum oleq;. Vñ & in alio loco. Qui in-  
fimus est, ait, olera manducet. ardorq; corpor̄, frigidioribus  
epulis temperandus est. Sic aut̄ tres pueri & Daniel, legumi-  
nibus uescerant̄. Pueri erāt, necdū ad sartaginem uenerant,  
in qua rex Babylonius senes iudices frixit. Nobis non corpis  
cultus, q̄ in illis (excepto priuilegio gratiæ dei) ex huiuscemodi  
cibis enituerat. sed animę uigor q̄ritur. q̄ carnis infirmitate fit  
fortior. Inde est, quod nōnulli uitam pudicam appetentiū, in  
medio itinere corruunt, dum solam abstinentiā carniū putat.  
& leguminibus onerant stomachum. quæ moderate parceq;  
sumpta, innoxia sunt. Et (ut quod sentio loquar) nihil sic inflā-  
mat corpora, & titillat mēbra genitalia, sicut indigestus cibus,  
tinctusq; conuulsus. Malo apud te filia, uerecundia parump;

C

**C**ausa periclitari. Quicquid facit seminariū uoluptatum, ue  
nenum'puta. Parcus cibus & venter semper esuriens, tridua  
nis ieunijs præfertur. Et multo melius est quotidie parum, q̄  
raro satis sumere. Pluvia illa optima est, quæ sensim descē  
dit in terram. Subitus & nimius imber in p̄ceps, arua subuer  
tit. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandū, illico &  
legendum sit. De scripturis sanctis, ha heto fixum & suum nu  
merum. Istud pensum domino tuo reddē. Nec an quieti mē  
bra concedas, q̄ calathum pectoris tui, hoc subtegmine imple  
ueris. Post scripturas sanctas, doctrinā hominum tractatus le  
ge, eoz duntaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes  
aurum in luto querere. Multis margaritis, vñā redime mar  
garitam. Sta, iuxta Hieremiā, in uījs plurībus, vt ad illam ui  
am, quæ ad patrem ducit, puenias. Amorem monilium atq̄  
gemmar̄ sericas & vestium, transfert ad scientiā scripturar̄.  
In greedere terrā repromissionis, lacte & melle manant̄. Co  
mades simulam & oleum, vestire cum Ioseph varijs indumē  
tis, perforen̄ aures tuæ, cum Hierusalem sermone dei, ut p̄  
ciosa illis, nouar̄ segetum grana dependeant. Habes sanctū  
Exuperium, probatae ætatis & fidei, qui te monitis suis freqū  
ter instituat. Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te re  
cipiant in eterna tabernacula. Illis tribue diuitias tuas. q̄ non  
Phasides aues, sed cibarium panem comedat, qui famem ex  
pellant, non q̄ ixi augeant luxuriam. Intellige sup egenum &  
pauperem. Omni petenti te da, sed maxime domesticis fi  
dei, nudum vesti, esurientem ciba, ægrotantem uisita. Q̄ iox  
tien scuncy manū extensis, Christum cogita. Cauē ne men  
dicante dñō deo tuo, alienas diuitias augeas. Iuuenium fuge

12

consortia. Comaculos, comptos, atq; lascivos, domus tuae te-  
cta non videant. Cantor pellatur, ut noxious. Fidicinas & psal-  
trias, & istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera sirenar; &  
carmina, proturba ex aedibus tuis. Noli ad publicum subinde  
procedere, & spadonum exercitu praecunte, uiduas & circufer-  
ti libertate, Pessimae consuetudinis est, cum fragilis sexus &  
imbecilla ætas, suo arbitrio abutit. & putat licere, quod libet.  
Omnia quidem licent, sed non omnia expediunt. Nec procu-  
rator calamistratus, nec formosus collectaneus, nec candidu-  
lus & rubicundus assecla, adhæreat lateri tuo, Interdum ani-  
mus dominae ex ancillar; habitu iudicatur. Sanctar; ygl-  
num & uiduas societatem appete. Et si sermocinandum cum  
viris incubuerit necessitas, arbitros ne deuites, tantaque confa-  
bulandi fiducia sit, ut intrante alio, nec paueas, nec erubescas  
Speculum mentis est facies. & taciti oculi, cordis fatent̄ arca/  
na. Vidimus nup̄ ignominiosum quendam p̄ totum orientē  
volitasse rumorem. Et ætas, & cultus, & habitus, & incessus,  
& indiscreta societas, exq; sita epule, regius appatus. Neronis  
& Sardana pali, nuptias loquebantur, Alior; uulnus, nostra  
sit cautio. Pestilente flagellato, sapiens sapientior erit. Sctūs  
amor, impatientiam non habet. Falsus rumor cito opprimit.  
& uita posterior, iudicat de priore. Fieri qdem non potest, ut  
abscq; morsu hominū, uitæ huius curricula quis ptranseat, ma-  
lor; q; solatiū est, bonos carpere, dū peccantiū multitudine, pu-  
tant culpam minui peccator; Sed tamē cito ignis stipulae cō-  
quiescit, & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, pau-  
latim emoritur. Si anno præterito fama mentita est, aut cer-  
te si ver; dixit, cesset uitiū, cessabit & rumor, Hæc dico, non

C ii

quod de te sinistrū quid metuā. sed quod pietatis affectū, etiā  
quæ tuta sunt pertimescam. O si videres sororem tuam. & il-  
lud sacri oris eloquium coram audire te continget. cernere s-  
in paruulo corpusculo, ingentes animos. Audires totam uete-  
ris & noui testamenti supellectilem ex illius corde feruere. Je-  
junia pro ludo habet, orationem pro delitijs. Tenet tympanū  
in exemplum Mariæ, & Pharaone merso, yginum choro p-  
einit. Cantemus domino, gloriose eñ magnificatus est. equū  
& ascēsorem diecīt in mare. Has docet psaltrias Christo, has  
fidicinas erudit saluatori. Sic dies, sic nox ducitur: & oleo ad  
lampades præparato, sponsi expectatur aduentus. Imitare er-  
go & tu consanguineam tuam. Habeat Roma, quod angu-  
stior urbe Romana possidet Bethlehem. Habes opes, facile  
tibi est, indigentibus virtus subsidia ministrare. Quod luxu-  
ria parabatur, virtus insumat, nulla nuptias contemptura, ti-  
meat egestatem. Redime virgines, quas in cubiculum regis  
inducas. Suscipe viduas, quas inter virginum lilia, & marty-  
rum rosas, quasi quasdam uiolas misceas. pro corona spinea,  
in qua Christus mundi delicta portauit, talia ferta compone.  
Lætetur & adiuuetur nobilissimus pater tuus, discat a filia.  
quod didicerat ab uxore. Iam incanuit caput, tremūt genua,  
dentes cadunt. & fronte ob seniū rugis arata, vicina est mors  
in foribus, designatur rogis prope. Veliximus, nolimus, sene-  
scimus. Paret sibi viaticum. quod longo itineri necessariū est.  
Secum portet, quod inuitus dimissurus est, imo p̄mittat in cœ-  
lum. Quod si negauerit, terra sumptura est. Solent adolescē-  
tulae uiduæ, quare nonnullæ abierunt retro post satanam, cū  
luxuriatæ fuerint in Christo, nubentes dicere, Patrimoniolū

meum quotidie perit, maiorq; hæreditas dissipat, seruus con-  
tumeliosus locutus est, imperium ancilla neglexit. Quis proce-  
det ad publicū? quis respondebit pro agroq; tributis? Paruu-  
los meos quis erudiet? & quernulas quis educabit? Et hāc (proh  
nefas) causam, opponunt matrimonij. q̄ uel sola debuit nup-  
tias impedire. Supducit mater filijs, nō nutritum, sed hostem.  
nō parentē, sed tyrannū. Inflammata libidine, obliuiscit ute-  
ri sui. & inter paruulos, suas miserias ne scientes, lugens dudū  
noua nupta cōponit. Quid obtendis patrīmoniū? Quid sup-  
biam seruulorū? Confitere turpitudinē. Nulla īcirco maritū  
ducit, vt cū marito nō dormiat. Aut si certe libido non stimu-  
lat, q̄ tanta insania est, ī morem scortorū prostituere castita-  
tem, vt augeant diuitiā. & ppter rem vilem atq; perituram,  
pudicitia quae & p̄iosa & æterna est, polluatur. Si habes libe-  
ros, nuptias quid requiris? Si nō habes, quare expertā nō me-  
tuis sterilitatem. & rem incertā, certo p̄fers pudori? Scribūtur  
tibi nunc sponsale stabulæ. vt post paululū testamentū face-  
re cōpellaris. Simulabitur mariti infirmitas. & quod te mori-  
turā facere volet. ipse uicturus faciet, aut si euenerit, vt ex se-  
cundo marito habeas filios. domestica oritur pugna, intestinū  
plūm. Non licebit tibi amare liberos, nec equis aspicere ocu-  
lis, quos genuisti. Clam porriges cibos. Inuidebit mortuo. &  
nisi oderis filios, adhuc eorū amare videberis patrem. Qd̄ si  
de priore uxore sobolem habens, domī te introduxerit, etiā  
si clæmentissima fueris, omnes comœdi & mimographi &  
cōmunes rhetorū loci, in nouercā sœuissimā declamabunt. Si  
priuignus languerit, & cōdoluerit caput, infamaberis, vt ve-  
nefica. Si nō dederis cibos, crudelis, si dederis, malefica diceris

C iiij

Oro te, quid habent tantum boni scđæ nuptiæ, vt haec mala  
valeant compensare? Volumus scire, q̄les esse debeat uidua?  
Legamus euangeliū scđm Lucā. Et erat, inquit, Anna pphē  
tissa filia Phanuelis de tribu Aser. Anna interptatur, gratia.  
Phanuel in lingua nostra resonat, vultu dei. Aser, vel in bea/  
titudinē, vel in diuitias vñtitur. Quia igitur ab adolescētia usq;  
ad octoginta quatuor annos, uiduitatis onus sustinuerat. & nō  
recedebat de templo dei, diebus ac noctibus insistens ieunijs  
& obsecrationibus, siccirco meruit gratiā spiritualē. & nūcupa  
ti filia vultus dei, & atavi beatitudine diuitijsq; cēseri. Recor  
demur uiduae Sareptanæ, quæ & suæ & filioruꝝ saluti, Heliae  
prætulit famem, vt in ipsa nocte moritura cum filio, supsti/  
tem hospitem relinqueret, malens uitam perdere, q̄ eleemosy/  
nam, & in pugillo farris, seminaris sibi messis dominicæ p/  
parauit. Farina seritur, & olei capsaces nascit. In Iudæa fru/  
menti est penuria. Granū eī tritici ibi mortuū fuerat, & in/  
gentia uiduae olei fluenta manabant. Legimus in Judith (si  
cui tamen placet volumen recipere) uiduā confectā ieunijs, &  
habitu lugubri sordidatā, quæ nō lugebat mortuum viꝝ, sed  
squalore corporis, sponsi q̄rebat aduentum. Video armatā gla  
dio manū, cruentā dexterā, Recognosco caput Holopher  
nis de medijs hostibus reportatū. Vincit viros fœmina, & ca  
stitas truncat libidinē. Habitusq; repente mutato, ad uictrices  
surdes reddit, omnibus sæculi cultibus mūdiores. Quidā impe  
rite & Dehorā inter viduas numerat, ducentq; Barach arbi/  
trant. Debora filiū, cum aliud scriptura cōmemoret. Nobis  
ad hoc nominabit, quod pphetiſſa fuerit. & in ordine iudi/  
cum suppūteſſ. Et quia dicere poterat. Quam dulcia gutturi

84

meo aeloquia tua, sup'mel & fauū ori meo. Apis nomē accepit, scriptura & floribus pasta. spūss sancti odore p̄fusa. & dulces ambrosiae succos, p̄phetalī ore cōponens. Noemi, quē nobis sonat παρακεκλημένη, quā interpretari possumus, consolatā marito & liberis pegre mortuis, pudicitia reportauerit in patria. & hoc sustenta viatico, nūr̄ Moabitidem tenuit. Ut illū Esaiæ vaticinium completeret. Emitte agnū dñe dominatore terræ, de petra deserti, ad montē filiæ Sion. Venio ad viduā deeuā gelio, viduā pauculam, omni Israelitico populo ditionem, q̄ accipiens granū sinapis, & mittens fermentum in farinā satis tribus, patris & filij confessionem, spūss sancti grā tē perauit, & duo minuta misit in Gazophylacium. Quicquid h̄e poterat in substantia sua, uniuersa sc̄q̄ diuitias in utroq; filiis suis, obtulit testamento. Hęc sunt duo seraphim ter glorificantia trinitatem. & in thesauros ecclesiæ condita. Vnde & forcipe utriusq; testamenti, ardens carbo comp̄phensus, purgat labia peccatoris. Quid vetera repetam, & ȳtutes fœminarū de libris p̄fetam, cum possis multas ante oculos tibi p̄ponere in urbe qua viuis, quare imitari exemplū debeas? Et ne videar adulazione p̄ singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella, quae respondens ḡnū suo, aliquid nobis de euangelio restulit, Anna septem annis a ȳginitate vixerat cū marito, ista septē mensibus. Illa Christi expectabat aduentū, ista tener, quē illa suscepserat. Illa uagientē cernebat. ista p̄dicat triumphantē. Illa loquebās de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel, hec cum redemptis gentibus clamitat. Frater nō redimit, redimet hō. Et de alio psalmo. Homo natus est in

ea, & ipse fundauit eā altissimus. Scio me ante hoc ferme biennium, ædidiſſe libros contra Iouinianū, quibus venientes econtrario quæſtiones, vbi Apostolus cōcedit secunda matri monia, ſcripturaꝝ auctoritate cōtrui. Et non eſt necesse ea, dem ex integro ſcribere, cum poſſis inde que ſcripta ſunt mu tuari. Hoc tantum, ne modum egrediar epistolæ, admonitā te vol. Cogita q̄ridie te eſſe morituram, & nunq̄ de ſecundis nuptijs cogitabis.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

**g** Erontiam viduam dehortat a digamia, hoc eſt, ſecun/ dis nuptijs, refellens eos, qui ex yb̄is diuī Pauli, pbabat iteratas nuptias. Epifola eſt, cum primis erudita & elo quens. Primā ptem habet laudatoriā, veluti p excufum, quo fere ſolet vti. In ſecunda tractat argumentis rem iſam. In tertia rurſum expatiat in locum cōmunem, de calamitatibus reꝝ humanaꝝ. Sed mihi, q̄ scite vtrāq; di gressionē ad ppo/ ſitum argumentum accommodet/ optimus artifex.

## JAD GERONTIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

**I**N VETERE via, nouam ſemitam quæri/ mus & in antiqua detritaꝝ materia, rudem ar/ tis excogitamus elegantiam, ut nec eadem ſint, & eadem ſint. Vnum iter, & pueniendi quo cu pias, multa cōpendia. Sæpe ad viduas ſcripsimus, & in exhortationem eaꝝ multa de ſcripturis sanctis exempla repeten/ tes, variostimonioꝝ flores, in vnam pudicitiae coronā te/ ximus. Nunc ad Gerontiam nobis ſermo eſt, quæ quondā

15

vaticinio futuroꝝ, ac dei p̄ſidentis auxilio nomine accepit Quā  
auia, matris, amitaeꝝ probataꝝ in Christo fœminarꝝ, nobis/  
lis turba circumstat. Quare auia Metronia, per quadraginta  
annos uidua perseverans. Annam nobis filiā Phanuelis de  
euangelio retulit. Benigna mater, quartū & decimum uidui/  
tatis implens annū, centenario uirginū choro cingit. Soror Ce  
lerini patris Gerontia, q̄ paruulā nutriuit infantem, & in suo  
natam suscepit gremio, per annos viginti mariti solatio desti  
tuta, erudit neptem, docens qđ a matre didicit. Hæc breui ser  
mone p̄ſtrinxī, vt ostendam adolescentulam meā, non p̄ſta/  
re monogamiā generi suo, sed reddere, nec tam laudandam  
elle si tribuat, q̄ omnibus execrandam, si negare tentauerit. p̄  
ſertim cum posthumus eius Simplicius, nomine patris referat,  
& nulla sit excusatio desertæ ac sine heredibus domus, sub q̄.  
rum patrocinio, interdū sibi libido blanditur. vt quod intem  
perantiam suam faciunt, videant facere desiderio liberorꝝ.  
Sed quid ego quasi ad retractantem loq̄r. cum audiam eam  
multos palatiꝝ procos, ecclesiæ vitare p̄ſidio, quos certatim dia  
bolus inflamat, ut uiduae nostræ castitatem probent, quam  
& nobilitas, & forma, & ætas, & opes faciūt cunctis appetibi  
lem, vt quanto plura sunt, quæ impugnant pudicitiam. tanto  
uictricis maiora sint p̄mia. Et quia nobis de portu egredienti  
bus, quasi quidā scopulus opponitur, ne possimus ad pelagi  
tuta decurrere, & apostoli Pauli ſcribentis ad Timotheum, p̄  
fertur auctoritas, in qua de uiduis disputans ait. Volo autem  
iuniores nubere, filios procreare, matres familiias esse, nullam  
occationem dare aduersario, maledicti gratia. Iam enim quæ  
dam abierunt retro post satanam. Oportet primum, ſenſum

D

tractare præcepti. & omnem loci huius continentiam discutere, atq[ue] ita apostolicis vestigijs insistentem, ne transuersum quidem (ut dici solet) unguem in ptem altera declinare. Supra scripsérat, qualis vidua esse deberet, vnius viri uxor, quæ liberos educavit, quæ in bonis operibus habuit testimonium, quæ tribulatis de sua substantiola subministravit, cuius spes deus est. & quæ permanet in obsecratione, & orationibus nocte ac die. Post quæ iungit contraria. Quæ autem in delitijs est, uiuens mortua est. Statimque infert, ut discipulum suum muniat omni arte doctrinæ. Adolescentiores autem uiduas deuita, q[uod] cum lascivient, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quod primam fidem irritam fecerunt. Propter has igitur, quæ fornicatae sunt in iniuriam viri sui Christi (hoc enim κατασεβνιασθωσι πραι τοις sermo significat) vult apostolus alterius matrimonium. per ferens digamiam fornicationi, secundum indulgentiam dum taxat, non scdm imperium. Simulque singula testimonij yba tractanda sunt. Volo, inquit, adolescentulas nubere. Cur quos? quia nolo adolescentulas fornicari. Procreare filios. Quā ob causam? Ne metu partis ex adulterio, filios necare cogantur. Matres familias esse. Quare obsecro? Quia multo tolerabilius est digamam esse, quam scortum. & secundū habere virtū, quam plures adulteros. In altero enim miseria consolatio, in altero poena peccati est. Segitur. Nullam occasionē dare aduersario maledicti gratia, in quo breui accincto precepto, multa simul monita continent. Nec propositum viduae exquisitor cultus infamet. Ne oculorū nutib[us] & hilaritate vultus, uiuenū post se greges trahat. Ne aliud uerbo, aliud habitu polliceat. & cōueniat ei versiculus ille uulgatus. Risit, & arguto quoddam

permisit ocello. Argut omnes nubendi causas, breui sermo  
ne concluderet, cur hoc p̄cepisse ostendit, dicens. Iam em̄ que  
dam abierunt retro post satanam. Ideo ergo secunda. & (si  
necessē est) tertia, incōtinentibus agit matrimonia, vt a Sata/  
na abstrahat. vt magis mulierē qualiacūq; viro iunctā faciat  
esse, q̄d diabolo. Sed & ad Corinthios tale qđ loquit̄. Dico aut̄  
innuptis & viduis, bonum est illis, si sic p̄mancerint ut ego. Si  
aut̄ non se cōtinent, nubant. Melius em̄ est nubere, q̄d uni Cur  
Apostole. Statim intulit, quia peius est viri. Alioqui absolutū  
bonum est, & sine compatione peioris, esse quod Apostolus  
est, id est, solutum nō ligatum, nec seruū, sed libert̄, cogitātem  
ea quae dei sunt, non ea quae uxoris. Et protinus in consequē  
tibus. Mulier (inquit) alligata est viro, q̄d diu vir eius viuit, qđ  
si dormierit vir eius, libera est, cui vult nubat, tñ in domino.  
Beator̄ aut̄ erit, si sic p̄mancerit secundū consilium meū. Pu/  
to aut̄ quod & ego spiritū dei habeam. & in hoc idem sensus  
est, quia idem spiritus. Diuersæ epistolæ, sed unus auctor epi/  
stolar̄. Viuente viro, mulier alligata est, & mortuo, soluta.  
Ergo matrimonii vinculum est, & viduitas solutio. Vxor ali/  
ligata est viro. & ait uxori alligatus est, instantū, ut sui corporis  
non habeant potestate, & alterut̄ debitus reddant, nec pos/  
sint habere pudicitiae libertatem, q̄ seruiunt dñatui nuptiar̄.  
Quodq; addidit, tñ in dño, amputat ethnicor̄ coniugia. De  
quibus & in alio loco dixerat. Nolite iugum ducere cū infide/  
libus. Quae em̄ participatio iustitiae cū iniuritate. Aut quae so/  
cietas luci cum tenebris. Quae conuentio Christi cum Belial.  
Aut quae pars fideli cum infidelis? Qui consensus templo dei  
cū idolis. Ne scilicet aremus in bove & asino, ne tunica nu/  
D ij

ptialis oratio sit texfa sub tegmine. Extemploq; tollit quod cō  
cesserat. & quasi poeniteat eum sententiae suae, retrahit. Bea  
tior erit, si sic permanserit, suiq; hoc magis esse consilij. Quod  
ne cōtemnatur ut hominis, spiritus sancti auctoritate confir  
mat, ut non indulgens homo fragilitati carnis humanæ, sed  
in Apostolo spiritus sanctus p̄cipiens audiatur. Nec sibi in eo  
annoꝝ puellarium debet vidua blandiri, quod non minus se  
xagenariam eligi p̄cipit. Nec eñ innuptas, vel iuueulas co  
git, vt nubant, qui de nuptijs quoq; loquit̄. Tempus breve est  
Supereft, ut & qui habent uxores, sic sint, quasi non habeat,  
sed de his uiduis disputat, quæ suor; nutrunt alimentis, quæ  
filior; & nepotum ceruicibus imponunt̄. Quibus imperat,  
vt discant domū suam colere, & remunerari parentes, suffici  
enter eis tribuere, vt non grauetur ecclesia, ut possit certis vi  
duis ministrari. De quibus scriptum est. Honora uiduas, quæ  
ueræ uiduae sunt, hoc est, quæ omni suor; auxilio destitute, q  
manibus suis laborare nō possunt, quas paupertas debilitat,  
ætasq; conficit, quibus deus spes est, & omne opus oratio. Ex  
quo datur intelligi, adolescentulas uiduas, exceptis his quas ex  
cusat infirmitas, vel suo labore, vel liberor; ac propinquor;  
ministerio delegari. Honor aut̄ imp̄tentiarum, vel pro eleema  
syna, vel pro munere accipitur, vt est illud, Presbyteri dupli  
ci honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo &  
doctrina. Et in euangelio dominus differit mandatum legis,  
in quo dicitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, non  
in verbis sono, qui inopiam parentum, cassâ potest adulca  
tione frustrari. sed in ictus necessarijs ministrandis debere  
Intelligi. Iubente enim domino, ut filij alerent pauperes, &

17

phanisi econtrario docebant filios, ut parentibus responderent. Corban, hoc est, donum quod altari pollicitus sum, & in templis dona promisi. si tu a me acceperis cibos, vertetur in tuis um refrigerium. Atque ita fiebat, ut e gentibus patre & matre, sacrificium offerrent filii, quod sacerdotes scribecque consumebant. Si ergo Apostolus pauperes viduas (eas tamen quae adolescentulæ sunt, & nulla debilitate franguntur) cogit suis manibus laborare, ne grauetur ecclesia, & possit anus viduas sustentare. qua excusatione uterque, quae opibus mundi affluit, quae potest etiam alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi facere amicos, qui possint eam in æterna tabernacula recipere? Si mulier considera, quod vidua non eligatur, nisi unius viri uxor. & nos putabamus sacerdotum hoc tantum esse priuilegium, ut non admittatur ad altare, nisi qui unam habuerit uxorem. Non solù enim ab officio sacerdotij digamus excluditur, sed & ab eleemosyna ecclesiae, dum indigna putatur stipe, quae ad secunda coiugia deuoluta est. Quanquam lege sacerotali teneatur & laicus, qui tales probere se debet, ut possit eligi in sacerdotium. Non enim eligit, si digamus fuerit. Porro eliguntur ex laicis sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad sacerdotium puenit. Aliud est quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle. Ut concedat secunda matrimonia, mea est incontinentiae, non illius voluntatis. Vult omnes esse sicut se ipsum. & ea cogitare quae dei sunt, & solutos nequaquam ultra alligari. Sed si labentes, per incontinentiam ad barathrum stupri uiderit puenire digami porrigit manum, ut cum una magis quam cum pluribus volentem. Quod nequaquam ut amare dictum, & contra Apostoli regulam, secundus nuptiator exaudiatur.

D ij

Duæ enim sunt apostoli voluntates. Vna qua p̄cepit. Dico autem innuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanerint, sicut ego. Altera qua indulget. Si autem non se continent, nubant. Melius est eñ nubere, p̄iuri. Primum quid uelit, deinde quid cogatur uelle, demonstrat. Vult nos p̄manere post nuptias, sicut seipsum. Et propositæ beatitudinis, apostolicū posuit exemplum. Sin aut̄ nos uiderit nolle quod ipse uult, incontinentiae nostræ tribuit indulgentiam. Quam e duabus eligimus voluntatem, quod magis uult, & quod per se bonū est, an quod mali comparatiōe fit leuius. & quodammodo nec bonum est, quia p̄fertur malo. Ergo si eligimus, quod Apostolus non uult, sed velle compellit, imo acquiescit deteriora cipientibus, non Apostoli, sed nostram facimus uoluntatē. Legimus in veteri testamento. Semel maritatas filias sacerdotum, si vidue fuerint, uesci debere de sacerdotalibus cibis, mortuisq; sic, a patre exhibendum inferiar; officium. Sin autem alios uiros acceperint, alienas eas, & a patre & a sacrificijs fieri, & inter externas debere deputari. Quod quidem obseruat & gentilitas, in condemnationem nostri, si hoc non exhibeat veritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui & castitatem repperit perditricem. Hierophanta apud Athenas evitatur. & æterna debilitate fit castus. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur. Flaminea quoq; vnius mariti elegitur vxor. Ad tauri Aegyptijs sacra semel maritus assumitur. Ut omittam uirgines Vestæ & Apollinis, Junonisq; Achiae & Dianæ ac Mineruæ, quæ perpetua sacerdotij uirginitate marcescunt. Stringam breuiter reginam Carthaginis, quæ

magis ardere uoluit, q̄ Hiarbæ regi nubere. Et Hasdrubalis  
uxorem, quæ apprehensis utraq̄ manu liberis, in subiectum  
se p̄cipitauit incendium, ne pudicitia damna sentiret. Et Lu-  
cretiam, quæ amissa gloria castitatis, noluit pollutæ conscienc-  
tiæ superuiuere. Ac ne multa longo sermo ne contextam, que  
potes de primo contra Iouinianum uolumine ad ædificatio-  
nem tuam sumere. unum tantum, quod in patria tua gestū  
est, repetam: ut scias pudicitiam etiam barbaris ac feris & san-  
guinarijs gentibus esse uenerabilem. Gens Theutonum ex  
ultimis Gallor̄ oceanī atq̄ Germaniæ profecta litoribus, om-  
nem Galliam inundauit, sæpiusq; cæsis Romanis exercitib;  
apud quas Sextias Mario pugnante, superata est. Quorum  
trecentæ matronæ, cum alijs se viris captiuitatis conditione  
tradendas esse didicissent, primum consulem depeccatæ sunt  
ut templo Cereris ac Veneris in seruitium traderent. Quod  
cum non impetrarent, submuente eas lictore, parvulis cæsi  
liberis, mane mortuæ sunt repertæ, suffocatis laqueo faucib;  
& mutuis complexibus se tenentes. Quod igitur barbare ca-  
stitati, non posuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis fa-  
ciet: & experietur alterum virum, quæ priorem aut bonum p̄-  
didit, aut malum experta est, vt rursum contra iudicium dei,  
facere nitatur: Quid si statim secundā perdiderit, sortietur &  
tertium? & si ille dormierit, in quartū quinq; pcedet. vt  
nihil sit, quo a meretricib;is differat: Omni ratione uiduae p̄/  
videndum est, ne castitatis primos excedat limites. Quos si  
excesserit, & verecundiam ruperit matronalē, in oēm debac-  
chabit luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicen-  
tem. Facies meretricis facta est tibi. Impudentia es tu. Quid

igitur. Damnamus secunda matrimonia? Minime, sed pri-  
ma laudamus. Ab ijs cimus de ecclesia digamos? Absit. Sed mo-  
nogamos ad continentiam prouocamus. In arca Noe non so-  
lum munda, sed & immunda fuerunt animalia. Habuit ho-  
mines, habuit & serpentes. In domo quoq[ue] magna, uasa di-  
uersa sunt, alia in honorem, alia in contumeliam. Est crater  
ad bibendum, est & matula ad secretiora naturae. Nam  
cum in semente terrae bonae, centesimum & sexagesimum  
& trigesimum fructum, euangelia doceant. & centenari⁹ p-  
yginitatis corona, primum gradum teneat. sexagenarius p-  
labore viduar⁹, in secundo sit numero, tricenarius foedera nu-  
ptiarum, ipsa digitor⁹ coniunctione testetur. digamia in quo  
erit numero? Imo extra numerum. Certe in bona terra non  
oritur, sed in vepribus, & spinetis vulpium, quæ Herodii im-  
piissimo comparantur. vt in eo se putet esse laudabilem, si  
scortis melior sit. si publicarum libidinum victimas superet.  
si uni sit prostita, non pluribus. Rem dicturus sum incredibi-  
lem, sed multorum testimonij approbabo. Ante annos plu-  
tinos, cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum Ro-  
manæ urbis episcopum, & orientis atq[ue] occidentis synodicis  
consultationibus respondrem, vidi duo inter se paria, uilissi-  
morum & plæbe hominum comparata, vnum qui viginti sepe-  
lisset uxores, alteram quæ vicesimum secundum habuisset  
maritum, extremo sibi (vt ipsi putabant) matrimonio copula-  
tos. Summa omnium expectatio, virorum pariter ac foemini-  
narum, post tantas rudes, quis quem prius efferret, Vicit ma-  
ritus, & totius urbis populo confluente, coronatus & palmam  
tenens adoremq[ue], per singulos sibi acclamantes, uxoris mul-

tinubæ feretrum pcedebat. Quid dicemus tali mulier? Nem  
pe illi, quod dominus Samaritanæ. Vigintiduos habuisti ma  
ritos, & iste a quo sepelieris, nō est tuus. Itaq; obsecro te reli  
giosa in Christo filia, vt testimonia ista non noueris. quibus  
incontinentibus, & miseris subuenit. sed illa potius lectites, q  
bus pudicitia coronaē. Sufficit tibi qđ primum pdidisti yg/  
nitatis gradum, & p tertium venisti ad secundum, id est, per  
officium coniugale, ad viduitatis continentiam. Extrema, immo  
abiecta, ne cogita, ne cogites. nec aliena & longe posita exem  
pla pquiras. Habet autem, matrem, & amitam. Quare tibi  
abundans imitatio atq; doctrina. & pcepta viuendi, norma  
yutum est. Si enim multæ in coniugio, viuentibus adhuc vi  
ris, intelligunt illud apostoli. Omnia licent, sed non omnia ex  
pediunt, & castrant se propter regna coelorum. vel a secunda  
natiuitate post lauacrum ex consensu, vel post nuptias ex ar  
dore fidei, cur vidua quæ iudicio dei, viri habere desijt, non il  
lud lætabunda congerinet. Dominus dedit, dominus abstur  
dit, & oblatam occasionem arripiat libertatis, vt sui corporis ha  
beat potestatē, nec rursum ancilla fiat hominis. Et certe mul  
to laboriosus est, nō frui eo quod habeas, qđ desiderare quod  
amiseris. Vnde & virginitas in eo facilior est, quod carnis in  
tentiuia non nouit. & viduitas in eo sollicitior, quod pteritas  
animo recolit uoluptates, maxime si se virum putet pdidisse,  
non pmississe, quorū alteri doloris, alteri gaudij est. Primi ho  
minis creatura nos doceat, plures nuptias refutare. Vnus A/  
dam, & una Eva, immo una ex eo costa, separat in foeminā  
Rursumq; quod diuisum fuerat, nuptijs copulatur. dicente

E

Scriptura. Erunt duo in carnem, non in duas, nec in treis. Propter quod relinquit homo patrem & matrem, & adhaerabit uxori suae, certe non uxoribus. Quod testimonium Paulus edidit, ad Christum refert & ad ecclesiam, ut primus Adam in carne, secundus in spiritu monogamus sit. Sit una Eva, mater cunctorum uiuentium, & una eccllesia parens omnium Christianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit uxores, sic hanc haeretici, in plures ecclesias lacerant, quae iuxta Apocalypsim Ioannis, synagogae magis diaboli appellandae sunt, est Christi conciliabula. Legimus in carminum libro, sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentulae quatuor non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea una est matris suae, electa genetrici suae. Ad quam scribit idem Ioannes epistolam. Senior electae dominae, & filii eius. Sed & in arcam quam Petrus apostolus subtypatur interpretatur ecclisia. Noe cum tribus filiis, singulas, non binas uxores introduxit. Etiam de immundis animalibus bina sumuntur, masculus & foemina, ut ne in bestiis quidem, serpentibus, crocodilis ac lacertis, digamia habeat locum. Quod si de immundis septena ponuntur, id est, imparia. & in hoc significatur itatis ac pudicitiae palma monstratur. Egressus enim de arca Noe, deo virtutibus immolauit, non utique de pari, sed de impari numero, quia altero foetibus atque coniugio, altero sacrificio preparatum est. Et patriarchae non singulas habuerunt uxores, immo & concubinas habuere plurimas. Et (ne hoc parvum sit) David multas, & Solomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar, quasi ad scortum ingreditur. Et iuxta occidentem literam, Osce, p.

pheta non solum metetrici, sed etiam adulteræ copula f. Qd  
 si & nobis iure cōceditur, ad hinniamus ad oēs foeminas, & in  
 exemplū Sodomæ & Gomorræ, ab ultimo die, depræhenda  
 mur uidentes & ementes, nubentes & nuptui tradentes, &  
 tunc sit finis coniugij, qñ terminus uitæ. Quod & si post dilu  
 uiū, & an diluuium uiguit ista sententia, Crescite & multipli  
 camini, & replete terrā, quid ad nos, in quos fines seculorū de  
 currerunt, qbus dicitur. Tempus breue est, & iā securis ad ra  
 dices arborū posita est, q̄ syluā legis & nuptiarū, euangelica ca  
 stitate succidat. Tps amplexandi, & tps longe fieri ab ample  
 xibus. Hieremias captiuitate p̄pinqua, uxorē phibet accipe.  
 Ezechiel in Babylone, mortua est (inquit) uxor mea, & a p̄tū  
 est os meū. Nec ducturus vxorē, nec ille qui duxerat, possunt  
 in ope coniugali libere p̄phetare. Olim gloriæ erat, illum au  
 dire uersiculum. Filij tui sicut nouellæ oliuæ, in circuītu mē/  
 sae tuæ, & uideas filios filiorū tuorū. Nunc de cōtinentibus di  
 citur. Qui adhæret dño, unus spiritus est. Et, adhæsit anima  
 mea post te, me suscepit dextera tua. Tunc oculū pro oculo,  
 nunc uerberanti maxillā, p̄bemus & alterā, Illo tpe bellatori  
 bus dicebatur. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentis/  
 simē, modo audit Petrus, Conde gladiū tuū in uaginam. Qui  
 enī gladio pcutit, gladio moriet. Hæc dicimus, nō separantes  
 legem & euangeliū, ut Marcion calumnia f, sed vñ atq; eun  
 dem suscipientes deū, qui p varietate tempore atq; causarū  
 principiū & finis, serit, ut metat, plantat, vt habeat quod suc  
 ciat, Iacit fundamentū, ut ædificationi, cōsummatos sæculo,  
 culmē imponat, Alioq si ad sacramēta veniamus & futuorū

E ii

typos, nō nostro arbitrio, sed Apostolo differente. Agat & Sa-  
ra, uel mons Sina & Sion, duo testamenta significat, Lialippi  
entibus oculis, & Rachel quam Iacob amabat plurimū. syna  
gogam ecclesiamq; testant̄. Vnde & Anna prius sterilis, Fe-  
nēnæ ubertate foecūdior est. Licet & monogamia nos in Isa-  
ac & Rebecca p̄cesserit, cuius solus partus dñi reuelatio est.  
Nec vlla alia foeminaq; deum per seip̄am consulit. Quid lo-  
quar de Thamar, q̄ Efron & Phares geminos fudit infātes.  
In quorū nativitate diuisa maceria, duos populos separavit. Et  
ligata manus coccino, cōscientiam iudæorū, iam tunc Christi  
passione respersit. Ac de scorto p̄pheticō, cuius similitudo vel  
ecclesiam significat de gentibus congregatā, uel (qd̄ ip̄i loco  
magis conuenit) synagogam primū assumptam de idolatriis  
q̄ Abraham & Moysen. Deinde post adulterium, & negatio-  
nem Saluatoris, sedentem plurimo tempore sine altari sacer-  
dotibus ac prophetis, & viri pristini consortium p̄stolantem,  
ut postq; subintrauerit plenitudo gentium, tunc om̄nis Israel  
saluus fiat. Quasi in breui tabella latissimos terrarū situs  
ostendere volui, ut pergam ad alias quæstiunculas, quaerere pri-  
ma de Annæ consilio est. Sola ne ppetua moerens carpere  
iuuent̄. Nec dulcis natus, Veneris nec p̄mia noris? Id  
cinerem, aut manes credis curare sepultos? Cui breuiter re-  
spondeat ipsa q̄ passa est. Tulachrymis euicta meis, tu pri-  
ma furentem, His germana malis oneras, atq; obijcis hosti-  
Non licuit thalami ex ptem sine crimine uitam. Degere  
more feræ, talis nec tangere curas. Non seruata fides cine-  
ti p̄missa Sicheo. Proponis mihi gaudia nuptiarū, ego tibi

opponā, pyram, gladium, & incendium. Non tantum bonū  
 est in nuptijs quod speramus, quantū mali, quod accidere potest  
 & timendū est. Libido transacta semp̄ sui relinquit pœnitū-  
 dinē, nunq̄ satiat̄, & extincta redacteatur. V̄su crescit, &  
 deficit, nec rationi paret, quæ impetu ducit̄. Sed dices, Ample  
 opes & dispensatio rei familiaris egent auctoritate viri. Scili  
 cet perierunt domus cœlibum. & nisi cum seruulis tuis ipsa  
 seruieris, familiae tute imperare non poteris. Avia tua, mater  
 & amita, nonne auctoritatis pristinę, honorisq̄ maioris sunt:  
 dum eas & tota prouincia, & ecclesia & principes suspiciunt:  
 Ergo milites & peregrinantes, sine uxoribus sua hospitiola  
 non regunt: & nec inuitant ad conuiuia, nec inuitantur. Quasi  
 nō possis probatae ætatis habere famulos, vel libertos, in q̄re  
 nutrita es manib⁹, qui præsint domui, ad publicum respōde-  
 ant, tributa persoluant, quin te suspiciant, ut patronā, diligāt,  
 vt alumnam, uenerantur, vt sanctam. Quære primum regnū  
 dei, & hæc omnia adiicientur tibi. Si de veste cogitaueris, illa  
 tibi de euangelio pponuntur. Si de cibo, remitteris ad aues que  
 non serunt, necq̄ metunt, & pater tuus cœlestis pascit illas.  
 Quantæ uirgines & uiduæ absq̄ ulla sorde rumoris, suā sub-  
 stantiolam gubernarunt. Caeue ne iungaris adolescentulis,  
 ne his adhæreas, propter quas Apostolus concedit secūda ma-  
 trimonia, & sustineas in media tranquillitate naufragiū. Si  
 Timotheo dicitur. Adolescentiores uiduas deuita. Et iterum.  
 Ama anus, ut matres adolescentulas ut sorores cū omni castita-  
 te, quare tu me cōmonentem nō audias. Fuge psonas, in quib⁹  
 bus potest malæ conuersatiōis esse suspicio, nec paratū habeas.

E iii

as illud de triuio, sufficit mihi conscientia mea, non curo qd de  
me loquunt homines. Et certe Apostolus puidebat bona, nō  
tm̄ coram deo, sed euam corā hominibus, ne p̄ illum nomen  
dei blasphemaret in gentibus. Habebat utiq̄ potestatē soror  
rem mulierē circūducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli  
cōscientia. Et cum posset de euangelio uiuere, diebus ac no  
ctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret credentis.  
Si scandalizat (inquit) esca fratrem, in eternum carnē nō mā  
ducabo. Dicamus & nos. Si scandalizat soror, uel frater, nō  
vnū & alterum, sed totam ecclesiā, nec sororem uidebo, nec  
fratrem. Melius est rem familiarē minui, q̄ salutem animæ  
perire. Melius est amittere, quod (uelimus, nolimus) aliquādo  
peritum est. melius est sponte dimittere, q̄ id amittere, pro  
quo omnia dimittenda sunt. Quis nostrū, non dicam cubitū  
(quod enorme est) sed vnius unciae decimā partem adiice  
re potest ad staturam suā. Et solliciti sumus, qd māducemus,  
aut qd bibamus. Ne cogitemus ergo de crastino. Sufficit diei  
malicia sua. Jacob fratrem fugiens, magnis in patris domo di  
uitijs derelictis, nudus p̄git in Mesopotamia. & ut nobis for  
titudinis p̄beret exemplum, lapide capiti supposito, uidit sca  
lam ad coelum usq̄ subreclam, & dominū innitentem super  
eam, per quā ascendebat angelī, & descendebat, ut nec pecca  
tor desperet salutem, nec iustus de sua uirtute securus sit. At  
q̄ (ut multa p̄teream) neq̄ c̄m temp⁹ est, ut assumpti testimo  
nij omnia edisseram post ānos uiginti, diues, dominus, & pa  
tre dītior, qui dudum Iordanem in baculo transferat, cum tri  
bus turmis gregum in patriam reuertitur. Apostoli toto orbe

22

peregrini, non æs in zona, non uirgam in manu, nō caligas  
habuere in pedibus, & tamen dicere poterant. Nihil haben/  
tes, & omnia possidentes. Et, auræ & argentum non est no/  
bis, quod aut habemus, hoc tibi damus, in nomine Iesu Chri,  
sti Nazareni, surge & ambula. Non enim erant diuitiaræ far/  
cina prægrauati. Et ideo stantes cum Helia in foramine pe/  
træ, per angustias acus transire poterant, & posteriora domi/  
ni cōtemplari. Nos uero ardemus auaricia, & contra pecuni/  
as disputantes, auro līnum expādimus, nihilq; nobis satis est.  
Et illud, quod de Megarenibus dicitur, iure miseris coaptari  
potest. Aedificant quasi semp uicturi, viuent quasi altera die  
morituri. Et hæc facimus, quia domini verbis non credimus.  
& quia ætas optata cunctis non viciniā mortis, quæ debetur  
mortali bus lege naturæ, sed cassa spe, annorum nobis spatiā  
pollcef. Nemo enim tam fractis viribus, & sic decrepitæ se/  
nectutis est, ut non putet se vnum adhuc annū esse uictus.  
Vnde subrepit oblitio conditionis suæ, vt terrenū animal, &  
iam iamq; soluendum, erigat in superbiam, & animo cœlum  
teneat. Verè quid agor. Fracta nauis de mercibus dispiuto.  
Qui tenebat, de medio fit, & nō intelligimus Antichristū ap/  
propinquare, quē dominus Iesus Christus, interficiet spiritu  
oris sui. Væh prægnantibus, & nutrientibus in illa die, quoq;  
vtrūq; de fructibus nuptiaræ est. Præsentium miseriaq; pau/  
ca pcurram. Quod rari hucusq; residemus, non nostri meri/  
ti, sed dñi misericordia est. Innumerabiles & ferocissime na/  
tiones, uniuersas Gallias occuparūt. Quicquid inter alpes &  
Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur. Quadus,

E iiiij

Vandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Bur-  
gundiones, Alemani & (olugenda res publica) hostes Panno-  
nijs vastarunt. Etenim Aſſur uenit cum illis, Magontiacū nobis  
lis quondam ciuitas, capta atq; subuersa est, & in ecclesia mul-  
ta hominū milia trucidata. Vangiones longa obsidione dele-  
ti. Remorę vrbs prepotens, Ambiani, Atrebatis, extremisq; ho-  
minū Morini, Tornacis, Nemete, Argentoratus, translati in  
Germaniam. Aquitaniae, nouemq; populorę Lugdunensis  
& Narbonensis pruinciae. Præter paucas urbes populata sunt  
cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus uastet fames.  
Non possum abscq; lachrymis Tolosæ facere mentionem. q;  
ut hucusq; non rueret, sancti episcopi Exuperij merita p̄stite-  
runt. Ipsæ Hispaniæ iam iāq; periturę, quotidie cōtremisctū.  
recordantes irruptionis Cimbricæ. & quicq; alij semel passi  
sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, ne videar  
de dei desperare clæmentia. Olim a mari pontico, vscq; ad al-  
pes Iulias, nō erat nostra, q; nostra sunt. Et pāno triginta, fra-  
cto Danubij limite, in medijs Romanī imperij regiōibus pu-  
gnabatur. Aruerūt vetustate lachrymę. Preter paucos senes  
oēs in captiuitate, & obsidione generati, nō desiderabāt, quā  
nō nouerāt libertatē. Quis hoc crederet? Quæ digno sermone  
historiæ, comprehendēt? Romā in gremio suo, non pro gloria,  
sed p̄ salutē pugnare? Imo ne pugnare qdē, sed auro & cūcta  
supellecstile, uitam redimere? Quod nō uitio principum, qui  
vel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit, pdito-  
ris, qui nostris, contra nos oibis armavit inimicos. Aeterno  
quondam dedecore Romanū laborabat imperiū, quod Gallis


23


cuncta vastantibus, fusosq; apud Italiam exercitu, Romam  
Brennus intravit. Nec pristinam poterat abolere ignominiam,  
donec & Gallias genitale Galloq; solum, & Gallograeciam,  
in qua confederant orientis occidentisq; victores, suo impe-  
rio subiugasset. Hannibal de Hispaniae finibus orta tempe-  
stas, cum vastasset Italiam, uidit urbem, nec ausus est obside-  
re. Pyrrhus tanta tenuit Romani nominis reverentia, ut de  
letis omnibus, e propinquo recederet loco, nec audebat uictor  
aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. Et tamen pro hac  
iniuria (non em dicam superbia) quae bonos exitus habuit, alter  
toto orbe fugitiuus, tandem Bithyniae, mortem ueneno repe-  
rit. Alter reuersus in patriam, in suo regno occubuit. Et utri-  
usq; prouinciae, populi Romani vestigales sunt. Nunc ut om-  
nia prospero fine eueniant, pte nostra q; amissimus, no habe-  
mus quod vicitis hostis auferamus. Potentiam Romanæ vr-  
bis, ardens Poeta describens, ait. Quid satis est, si Roma par-  
est? Quod nos alio mutemus elogio. Quid saluum est, si Ro-  
ma perit? Non mihi si linguae centum sint, oracq; centum.  
Ferrea uox, omnes captore dicere poenas. Omnia cæsore  
purrere nomina possim. Et haec ipsa quæ dixi, periculosa  
sunt, tam loquentibus, q; audientibus, vt negemitus quidem  
liber sit, nolentibus, imo nec audentibus nobis flere, quæ pa-  
timur. Responde mihi charissima in Christo filia, inter ista,  
nuptura es? Quem acceptura uiu, cedo, fugitusq; an pugna-  
tusq; Quid viruncq; sequatur intelligis. Et pro Fescennino car-  
mine, terr. bilis tibi rouco sonitu buccina concrepabit, ut qua  
habes pnubas, habeas forte lugentes. Aut qbus delitijs affluas,

quæ possessionū tuar̄ reditus p̄didisti. q̄ obſeffam familiolā  
tuam, morbo & fame cernis contabescere? Sed absit,  
vt de te talia sentiā. vt ſinistrum quippiā ſuspicer de ea, quæ  
ſuam dñō animā consecrauit. Non tam tibi, q̄ ſub tuo nomie  
alijs ſum locutus. q̄ otioſæ, & curioſæ, atq̄ uerboſæ domoſcir  
cumeunt matronaſ, quaſ deus venter eſt, & gloria in cōſu-  
ſione eaſ. q̄ nihil aliud de ſcripturis, niſi digamię p̄cepta no-  
uerunt. q̄ in alieno corpe, ſua deſideria cōſolant, ut quod ip̄ae  
ſecerunt, alias facere uideant, & malaſ ſocietate palpentur.  
Quaſ cum impudētiā & propositiōnes, a poſtolicaſ ſen-  
tentiaſ, iinterpretatione contriueris, legit̄ quomodo tibi in vi-  
dūtate fernanda uiuendū ſit, librum ad Euſtochium  
de uirginitate ſeruanda, & alios ad Furiam atq̄  
Saluīnam. Quarum altera Probi quonam  
dam cōſulis nurus, altera Gildoniſ,  
qui Africā tenuit, filia eſt. Hic  
libellus de monogamia  
ſub nomine tuo,  
titulū poffi  
debit.

**TEALO** **ZERE DEFA :**  
**S**FINIS Coloniae, apud Henricum Nouefien-  
ſem, Anno a Natiuitate domini, Millesi-  
mo quingentesimo uigesimo  
Mense Aprili.  
**S**Venundantur Zufatij a Nicolao Bibliopola;









the scale towards document